Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



264

aut sacerdotes et leuite et cantores et ianitores et reliquum vul
gus et nathinei et omnis israel in
ciuitatibus suis. capitulum octauum
Et venerat mensis vii sed ne
phezic sub esdra et necma
filii autem israel erant in ciuitatib
suis. Congregatusque est omnis
populus quasi vir vnus ad plateam
que est ante portam aquarum et
dixerunt esdre scribe ut afferret
librum legis moysi quem preceperat dnus
israeli. Attulit ergo esdras sacerdos
legem coram multitudine virorum et mu
lierum cunctisque poterant intelligere
in die prima mensis septimi et legit
in eo apte in platea ante portam aquarum
de mane vsque ad medianam diem in
conspectu virorum et mulierum et sapi
entium et aures omnis populi erant
erecte ad librum. Stetit autem esdras
scriba super gradum ligneum quem
fecerat ad loquendum. Et steterunt
iuxta eum mathatias et semeia
et anania et urias et ezechias
et phalthia et maasia ad dexteram eius. Et
ad sinistram fadaia misael et melchi
as et asum et asephania et zacha
rias et mosollam. Et aperuit esdras
librum coram omni populo. Erat enim super omnes
quippe populum eminebat. Et cum
aperuisset eum stetit omnis populus et
benedixit omnis populus esdrae dno deo
voce magna et responderunt omnes populus
amen. Leuauerunt manus suas et in
curuati sunt et adorauerunt deum pro
mitte porro iosue et hanan et sobia
rem et achieb et sephan odia maa
sias celita azarias iozabeth anan
phabna leuite silentium facebant

populo ad audiendam legem. populus
autem stabat in gradu suo et legerunt
in libro legis dei distincte et cum
ad intelligendum et intellexerunt cum
legerent. Dixit autem nehemias ipse
est athersatha et esdras sacerdos
et scriba et leuite interpretantes
omnibus populis. Dies sanctificatus est dno
deo meo nolite luxuriare et nolite flere
flebant enim omnes populi cum audirent
verba legis et dixit eis ite et edite
pinguia et bibite multum et mittite
partes illis qui non paraberunt sibi et
sanctificetur dies dni nolite contristari
quia est dies dni fortitudo nostra
tandem enim dni est fortitudo nostra
leuite autem silentium faciebant omni
populo dicentes tacete quia dies sanctus
est dies dni et nolite luxuriare. Abiit
itaque omnis populus ut comederet et
biberet et mitteret partes et faceret leti
tiam magnam quia intellexerant ea
que docuerant eos. Et in die secundo con
gregati sunt principes familiarum omnis
populi sacerdotes et leuite ad esdram
scribam ut instruerent eos verba
legis. Et inuenerunt scriptum in lege
preceperat dnus in manu moysi ut
habitarent filii israel in tabernaculis
in die sollempni mense septimi
et ut audirent et diligenter
in omnibus ciuitatibus suis et in
ierusalem dicentes. Exite in mon
tem et afferte frondes olive
frondes ligni pulcherrimi et fron
des myrti et ramos palmarum
et frondes ligni memorosi ut fiat
tabernacula sicut scriptum est. Et
exiuerunt populus et attu
lerunt sibi tabernacula
unusquisque in domuncula sua et in